

Alte Drucke

**M. T. CICE=||RONIS EPISTO-||LAE AD COMPLVRES ||
SCRIPTAE, QVAS VVLGO || FAMILIARES APPEL=||LARVNT, ||
CVM ARGVMENTIS GI-||berti Longolij, editæ || DE ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1566

VD16 ZV 30873

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD TIRONEM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149860

MARCI TVLLII

CICERONIS EPISTOLARVM
LIBER AD TIRONEM.M. T. C. ET CICERO F. TIRONI
HVMANIS. ET OPT.

S. P. D.

398



Ide quanta in te sit suauitas, duas
horas Thyrci fuimus, Xenome-
nes, hospes tam te diligit, quam
si uixerit tecum. Is omnia pol-
licitus est, quæ tibi essent opus,
facturum puto. Mibi placebat,
si firmior esses, ut te Leucadem

deportares, ut ibi te plane confirmares. Videbis
quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Vo-
lebam ad te Marionem remittere, quem cum melius-
cule tibi esset, ad me mitteres: sed cogitavi unas li-
teras Marionem asferre posse, me autem crebras ex-
pectare, poteris igitur, & facies, si me diligis, ut quo-
tidie sit Acastus in portu: Multi erunt, quibus recte li-
teras dare possis, qui ad me libenter perferant. Equi-
dem Patras euntem neminem prætermittam. Ego
omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo.
Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amanti-
us. Ei te totum trade, malo te paulo post ualentem,
quam statim imbecillum uidere. Cura igitur nihil ali-
ud, nisi ut tu ualeas, cætera ego curabo. Etiam atq; et-
iam uale. Leucade profisciscens, VII. Idus Nouemb.

i 5

M. T.

Septimum iam diem Corcyrae tenebamur. Quam-
 tem^{us} frater, et filius Butbroti, solliciti eramus de
 tua ualitudine mirum in modum, nec mirabamur ni-
 hil a te literarum. his enim uentis isthinc nauigatur,
 qui si non essent, nos Corcyrae non sederemus. Cura
 igitur te et confirma: et, cum commode et per ua-
 letudinem, et per anni tempus nauigare poteris, ad
 nos amantissimos tui ueni. Nemo nos amat, qui te non
 diligit: carus omnibus, expectatusque uenies. Curant
 ualeas etiam atque etiam Tiro noster. Vale XV. Cal-
 lend. Nouemb. Corcyrae.

M. T. C. ET CICERO MEVS ET
 FR. ET FRATRIS FIL. TI-
 RONI S. P. D.

Paulo facilius putauit posse me ferre desiderium
 tui: sed plane non fero. et quanquam magni ad
 honorem nostrum interest, quam primum ad urbem
 me uenire. tamen peccasse mihi uideor, qui a te disces-
 serim. Sed quia tua uoluntas ea uidebatur esse. ut pro-
 fus nisi confirmato corpore nolles nauigare, approba-
 ui tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es
 sententia. Sin postea, quam cibum cepisti, uideris tibi
 me posse consequi, tuum consilium est. Marionem ad
 te eo misi, ut aut tecum ad me quam primum ueniret:
 aut, si tu morarere, statim ad me rediret. Tu autem
 hoc tibi persuade, si commodo ualitudinis tuae fieri
 possit, nihil me malle, quam te esse mecum: sin intelli-
 ges opus esse te Patris conualescendi causa paulum
 comorari, nihil me malle, quam te ualere. Si statim na-
 uigas

uigas, nos Leucade consequere: sin te confirmare uis,
 & comites, & tempestates, et nauem idoneam ut ha-
 beas, diligenter uidebis. Vnum illud mi Tiro uideto, si
 me amas, ne te Marionis aduentus, & hæc literæ mo-
 ueant: quod ualeitudini tuæ maxime conducet. si fece-
 ris, maxime obtemperaris uoluntati meæ. Hæc pro
 tuo ingenio cōsidera. Nos ita te desideramus, ut ame-
 mus. amor, ut ualentem uideamus, hortatur: deside-
 rium, ut quam primū. Illud igitur potius. Cura ergo
 potissimum ut ualeas. De tuis innumerabilibus in me
 officijs erit hoc gratissimum. III. Non. Nouem. Vale.

M. T. C. TIRONI S. P. D. 401

NON queo ad te, nec lubet scribere, quo animo
 sin affectus: tantum scribo & tibi et mihi ma-
 ximæ uoluptati fore, si te firmum quam primū uide-
 ro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is lo-
 cus est citra Leucadem stadia CXX. Leucade aut teo-
 ipsum aut tuas literas a Marione putabam me acce-
 piturum. Quātum me diligis, tantum fac ut ualeas, uel
 quantum te a meis diligis. Nōis Nouēmb. Alyzia.

M. T. C. ET C. ET Q. FR. ET

Q. FIL. TIRONI S.

402

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas ante
 dederamus, unum diem commorati sumus, quod
 Quintus nos cōsecutus non erat. Is dies fuerat Nonæ
 Nouem. Inde ante lucem p̄ficiscentes, ante diem VIII.
 Idus Nouēb. has literas dedimus. Tu si nos omneis a-
 mas, et p̄cipue me magistrū tuū, confirma te. Ego uals
 de suspensio animo expecto, primum te scilicet, deinde

Mariq̄a

Marionem cum tuis literis. Omnes cupimus, ego in primis, quam primū te uidere, sed mi Tiro ualentem, quare nihil properaris: satis quotidie uidero, si ualebis. Vtilitatibus tuis possum carere: te ualere, tua causa primum uolo, tum mea mi Tiro. Vale.

M. T. ET C. ET Q. FR. ET Q.
FIL. TIRONI S.

403

Varie sum affectus tuis literis, ualde priore pœgina perturbatus, paulū altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin quo ad plane ualeas, te neq; nauigationi, neq; uicæ cōmitas. Satis te mature uidero, si plane confirmatum uidero. De medico et tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed plane curationes eius non probo. Ius enim dandū tibi non fuit cum ~~naxos~~ ^{quax} esses. sed tamen & ad illum scripsi accurate, & ad Lysonē. Ad Curium uero suauissimum hominē, et summi officij, summæq; humanitatis multa scripsi: in his etiam, ut si tibi uideretur, te ad se transferret. Lyso enim noster uereor ne negligentior sit: primū quia omnes Græci, deinde, quod cum a me literas accepisset, mihi nullas remisit, sed eum tu laudas, igitur quid faciendū sit, iudicabis. Illud mi Tiro te rogo, sumtui ne parcas ulla in re, qua ad ualetuā me opus sit. Scripsi ad Curium, quod dixisses, daret medico ipsi puto aliqd dandū esse, quo sit studiosior. Immemorabilia tua sunt in me officia domestica, forēsia, urbana, prouincialia, in re priuata, in publica, in studijs, in literis nostris. Omnia uiceris, si, ut spero, te ualidū uidero. Ego puto te bellissime, si recte erit, cum quas store Mescinio decursurū: non inhumanus est, teq; ut mihi

mibi usus est, diligit. & cum ualitudini tuæ diligenti-
 ssime consulueris, tum mi Tiro consulto nauigati-
 oni, nulla in re iam festinare uolo, nihil laboro, nisi ut
 saluus sis. Sic habeto mi Tiro, neminem esse, qui me ad-
 met quin idem te amet, & cum tua & mea maxime
 interest te ualere, tum multis est curæ. Adhuc, dum
 mihi nullo loco deesse uis, nunquam te confirmare po-
 tuisti, nunc te nihil impedit. omnia deponere, corpori
 serui, quantam diligentiam in ualitudinem tuam con-
 tuleris, tanti me fieri a te iudicabo. Vale mi Tiro, ua-
 le, uale, & salue. Lepta tibi salutem dicit, & omnes.
 Vale. VI. Idus Nouemb. Leucade.

M. T. C. ET C. ET Q. FIL.

TIRONI S.

404

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eadem die
 magis instituti mei tenendi causa, quia nactus
 eram cui darem, quam quod haberem quid scriberem.
 Igitur illa, quantum me diligis, tantum adhibe in te
 diligentiae. Ad tua innumerabilia in me officia adde
 hoc, quod mihi erit gratissimum omnium: cum uale-
 tudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam nau-
 igationis. In Italiam cunctibus omnib. ad me literas
 dabis, ut ego eundem Patras neminem prætermitto.
 Cura, cura te mi Tiro: quando non contigit, ut simul
 nauigares, nihil est, quod festines, nec quicquam cu-
 res, nisi ut ualeas. Etiam atq; etiam uale. Septimo Idus
 Nouemb. Actio, uespero.

M. T. C. TIRONI S.

405

Magnæ nobis est sollicitudini ualitudo tua. nam
 tametsi qui ueniunt aduidentur p̄p̄ ego-
 nistæ q̄ nunciant, tamen in magna consolatione
 ingens

*patras p̄p̄
 ueniunt p̄p̄*

8

ingens inest solitudo, si diutius a nobis absuturus es-
 is, cuius usum & suauitatem desiderando sentimus.
 Attamen quamquam uidere te tota cogitatione cupio;
 tamen te penitus rogo, ne te tam longæ navigationi
 & uia per hiemem, nisi bene firmum, committas, neue
 nauiges, nisi explore. Vix in ipsis tectis & oppi-
 dis frigus infirma ualitudine uitatur, nedum in mari
 & uia sit facile abesse ab iniuria temporis, *ἡ δὲ πλεονεξία τοῦ χρόνου*, inquit Euripides.
 Cui tu quantum credas, nescio: ego certe singulos eius
 uersus, singula testimonia puto. Effice, si me diligis,
 ut ualeas, & ut ad nos firmus ac ualens quamprimum
 uenias. Ama nos, & uale. Qu. Frater tibi salutem
 plurimam dicit.

M. T. C. ET C. ET Q. TIRONI

406

S. P. D.

Nos a te ut scis, discesimus ad III. Nonas No-
 uemb. Leucadem uenimus ad VIII. Idus Nouemb.
 ad VII. Actium: ibi propter tempestatem ad VI. Idus
 morati sumus. Inde ad V. Idus Corcyram bellissimam
 uigauimus. Corcyra fuimus usq; ad XVI. Calend. Dec-
 cem. tempestatibus retenti. ad XII. Calend. Decemb.
 a portu Corcyraeorum, ad Cassiopen stadia CXX.
 processimus. Ibi retenti uentis sumus usq; ad IX. Cal.
 interea, qui cupide profecti sunt, multi naufragia fa-
 cerunt. nos eo die cenati soluimus inde Austro lemphis-
 mo, celo sereno, nocte illa & die postero in Italiam ad
 Hydruntem lubibundi peruenimus: eodemq; uento pos-
 tridie (id erat ad VII. Cal. Decemb.) hora IIII. Bruti-
 dussum uenimus: eodemq; tempore simul nobiscum in
 oppi-

appidū introijt Terentia, quæ te facit plurimi. Ad V.
 Cal. Decemb. seruus Cn. Planci Brundusij tandem ali-
 quando mibi a te expectatissimas literas reddidit, da-
 tas Idib. Nouemb. quæ me molestia ualde leuarunt: uti
 nā omnino liberaſſent. Sed tamē Asclapo medicus pla-
 ne confirmat propediem te ualentem fore. Nunc equi-
 dē ego te hortor, ut omnē diligentia ad con-
 ualeſcendum. Tuam prudentia, temperantiam, amo-
 rem erga me noui: ſcio te omnia facturū, ut nobiscum
 quamprimum ſis. Sed tamen ita uelim, ut ne quid pro-
 peres. Symphoniam Lyſonis uelim uitaffes, ne in quar-
 tam hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo
 maluiſſi obſequi, quam ualeitudini, reliqua cura. Curio
 miſi, ut medico bonos haberetur, & tibi daret, quod
 opus eſſet, me, cui iuſſiſſet, curaturum. Equum & mu-
 lum Brundusij tibi reliqui, Romæ uereor ne ex Cal.
 Ianua. magni tumultus ſint. Nos agemus omnia modi-
 co. Reliquū eſt, ut te hoc rogem & a te petam, ne te-
 mere nauiges. Solent nautæ feſtimare quæſtus ſui cau-
 ſa. Cautus ſis mi Tiro. Mare magnum & difficile tibi
 reſtat. Si poteris, cum Meſcinio, caute iſ ſolet nauiga-
 re. ſi minus, cum honeſto aliquo homine, cuius autori-
 tate nauicularius moueatur. In hoc omnē diligentiam
 ſi adhibueris, teq; nobis incolumem preſtiteris omnia a
 te habeo. Etiam atq; etiam noſter Tiro uale. Medico,
 Curio, Lyſoni de te ſcripſi diligentiffime. Vale. Salue.

M. T. C. ET TERENTIA, TVLLIA,
 407 Q. ET Q. F. TIRONI S. P. D.

ET ſi opportunitatem operæ tuæ omnib. locis de-
 ſidero: tamē non tam mea, quam tua cauſa doleo
 te

te non ualere. Sed quando in quartanam conuersa uis
est morbi, sic enim scribit Curius, spero te diligentia
adhibita etiam firmiorem fore. Modo fac id, quod be-
manitatis tuæ est, ne quid aliud cures hoc tempore,
nisi ut quam commodissime conualescas. Non ignoro
quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia facilia
si ualebis, festinare te nolo, ne nausæ molestiam susci-
pias æger, & periculose hieme nauiges. Ego ad
urbem accessi pridie Nonas Ianuarij: obuiam mihi sic
proditum est: ut nihil fieri potuerit honoratius. Sed
incidi in ipsam flammam ciuilis discordiæ, uel potius
belli: cui cū cuperem mederi, & ut arbitror, possem,
cupiditates certorum hominum (nam ex utraque
parte sunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi
fuerunt omnino. Et ipse Caesar amicus noster minu-
ces ad senatū & acerbis literas miserat, & erat ad
huc impudens, qui exercitum & prouinciā inuiuo
senatu teneret, & Curio meus illū incitabat. Anto-
nius quidem noster, & Qu. Cassius nulla ui expulsi ad
Cæsarem cū Curione profecti erant. Posteaquam
Senatus Consulibus, prætoribus, Tribunis plebis, &
nobis, qui Proconsules sumus, negociū dederat, ut co-
raremus, ne quid Respublica detrimenti caperet: unum
quam maiori in periculo ciuitas fuit: nunquam impro-
bi ciues habuerunt paratiorem ducem omnino. Ex
hac quoque parte diligentissime bellum comparatur. Id
fit autoritate & studio Pompeij nostri, qui Cæsarem
sero cœpit timere. Nobis inter has turbas, senatus ta-
men frequens flagitauit triumphum: sed Lentulus con-
sul, quo maius suum beneficiū faceret, simulatque expe-
disset, quæ essent necessaria, de Repub. dixit se rela-

CURIO,

rum. Nos agimus nihil cupide, eoq; est nostra pluris
 autoritas. Italiae regiones descriptae sunt, quam quis
 que partem tueretur. Nos capuam sumimus. Hæc te
 scire uolui. Tu etiam atq; etiam cura ut ualeas, lita-
 rasq; ad me mittas quotiescunq; habebis cui des. Eti-
 am atq; etiam uale.

M. T. C. TIRONI S. P. D. 408

Quo in discrimine uersetur salus mea & bono-
 rum omnium, atq; uniuersae Reipublicae, ex
 eo scire potes, quod domos nostras & patriam ipsam
 uel diripiendam uel inflammandam reliquimus. In
 eum locum res deducta est, ut nisi quis Deus, uel casus
 aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. Equidem ut
 ueni ad urbem, non desiti omnia & sentire & dice-
 re & facere, quæ ad concordiam pertinerent: sed mi-
 rus inuaserat furor non solum improbos, sed etiam
 hos, qui boni habentur, ut pugnare cuperent, me cla-
 mante nihil esse bello ciuili miserius. Itaq; cum Cæsar
 amentia quadam raperetur, & oblitus nominis atq;
 bonorum suorum, Ariminum, Pisaurum, Anconam,
 Arretium occupauisset, Urbem reliquimus, quam sa-
 pienter, aut quam fortiter, nihil attinet disputare.
 Quo quidem in casu simus, uides. Feruntur omnino
 conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam,
 delectus qui sunt habitus & præsidia nostra dimittan-
 tur, se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Con-
 sadio Nouiano (his enim obtigerunt) traditurum, ad
 consulatus petitionem se uenturum, neq; iam uelle ab-
 sente se rationem haberi sui, se præsentem trinundia-
 num petiturum. Accepimus conditiones, sed ita ut res

moueat præsidia ex his locis, quæ occupauit, ut sine metu de ijs ipsis conditionibus Romæ senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis: non enim bonæ stæ leges imponuntur, sed quiduis est melius, quam sic esse ut sumus. Sin autem ille suis conditionibus stare uoluerit, bellum paratum est, eiusmodi tamen, quod ille sustinere non possit, præsertim cum e suis conditionibus ipse fugerit, tantummodo ut cum intercludamus, ne ad urbem possit accedere, quod sperabamus fieri posse. Delectus enim magnos habebamus, putabamusq; illum metuere, si ad urbem ire cœpisset, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas, præter Transpadanos: ex Hispaniaq; sex legiones, & magna auxilia Afranio & Petreio ducibus habet a tergo uidetur, si insaniet, posse opprimi, modo ut urbe salua. maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam autoritatem in illius exercitu habebat, Titus Labienus socius sceleris esse noluit, reliquit illum & nobiscum est, multiq; idem facturi esse dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præsum a Formijs. Nullum maius negociū suscipere uolui, quo plus apud illum meæ literæ cohortationesq; ad pacem ualerent. Sin autem erit bellum, uideo me castris & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse uolui, quæ caue te perturbent & impediant ualitudinem tuam. Ego A. Varroni, quem tum amantissimum mei cognoui, tum etiam ualde rusticum studiosum, diligentissime te commendauit, ut & ualitudinis tuæ rationem haberet, & navigationis, et totum te susciperet, ac tueretur, quem omnia facturum

confido: recepit enim & mecum locutus est suauis-
 me. Tu, quando eo tempore mecum esse non potuisti,
 quo ego maxime operam & fidelitatem desideravi
 tuam, caue festines, aut committas, ut aut æger aut
 hyeme nauiges. Nunquam ego sero te uenisse putabo,
 si saluus ueneris. Adhuc neminem uideram, qui te pos-
 sēa uidisset, quam M. Volusius, a quo tuas literas acce-
 pi, quod non mirabar, neq; enim meas puto ad te lite-
 ras tanta hyeme perferri. Sed da operam, ut ualeas,
 & si ualebis, cum recte nauigare poterit, tū nauiges.
 Cicero meus in Formiano erat, Terentia & Tullia
 Romæ. Cura ut ualeas. IIII. Calend. Feb. Capua.

M. T. C. TIRONI S. P. D. 409

Ego uero cupio te ad me uenire, sed uiam timeo,
 & grauissime ægrotasti, inedia & purgationibus,
 & ut ipsius morbi consumis es, graues solent offen-
 siones esse ex grauib; morbis, si qua culpa commissa
 est. Iam ad id biduum, quod fueris in uia, dum in Cu-
 manum ueneris, accedent continuo ad reditum dies
 quinque. Ego in Formiano ad III. Calend. esse uolo. Ibi
 te ut firmū offendam, mi Tiro, effice. Literulæ meæ,
 siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt. Hac tamen
 epistola, quam Acastus tulit, oculos paululum sustu-
 lerunt. Pompeius erat apud me, cum hæc scribebam,
 bilare & libenter ei cupienti audire nostra, dixi sine
 te omnia mea muta esse. Tu Musis nostris para ut ope-
 ras reddas, nostra ad diem dictā fient. Docui enim te,
 fides ^{et ueritas} quod haberet. Fac plane ut ualeas, nos
 assumus. Vale. XIII. Calend. Ianuar.

f 2

M. T.

13

Aegyptia ad me uenit pridie Idus Aprilis. Is et si mihi nunciauit te plane febri carere et belle habere: tamen quod negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit, & eo magis quod Hermia, quem eodem die uenire oportuerat, non uenerat. Incredibili sum solitudine de tua ualitudine: quasi me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem, si tantum putarem libenter te legere posse. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer a te mihi, tibiq; conseruandum. Cura te etiam atq; etiam diligenter. Vale. Scripta item epistola. Hermia uenit. Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis, nec mirum, tam graui morbo. Ego ad te Aegyptiam misi, quod nec indubitatus est, & te uisus est mihi diligere, ut is tecum esset, & cum eo coquum, quo uterere. Iterum uale.

M. T. C. TIRONI

411

S. P. D.

14

Andricus postridie ad me uenit, quam expectaui. Itaque habui noctem plenam timoribus, ac miserijs. Tuis literis nibilo sum factus certior, quomodo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione, literisq; omnibus careo, quas ante, quam te uidero attingere non possum. Medico mercedis quantum poscet, promitti iubeto. Id scripsi ad Nummum. Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex somno tuas literas humanitatemq;, propter quam mihi es carissimus. Nunc opus est te animo ualere, ut corpore possis.

sis. Id cum tua, tum mea causa facias a te peto. Accusum retine, quo commodius tibi ministretur. Conserua te mihi, dies promissorum ades, quæ etiam repræsentabo, si adueneris. Etiam atq; etiam uale. IIII. Idus Aprilis.

M. T. C. TIRONI. S. P. D. 413.

15
Omnia a te data mihi putabo, si te ualentem uidero. Summa cura expectabam aduentum Meandri quem ad te miseram. Cura, si me diligis, ut ualeas, & cum te bene confirmaris, ad nos uenias. Vale. IIII. Idus Aprilis.

Q. C. M. CICERONI FR. S. P. D. 413

16
DE Tirone mi Marce, ita te, meumq; Cicero nem & meam Tulliolam, tuumq; filium uideam, ut mihi gratissimum fecisti, cum cum indignum illa fortuna, nobis amicum, quam seruum esse maluisti. Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio, & tibi ago gratias et gratulor. Si enim mihi Satij fidelitas est tantæ uoluptati, quanti esse in isto hæc eadem bona debent, additis literis, sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis commodis potiora? Amo te omnibus equidem maximis de causis, uerum etiam propter hanc, uel quod mihi sic, ut debuisti, nunciasti. Te totum in literis uidi. Sabini pueris & promisi omnia & faciam. Vale.

M. T. C. TIRONI. S. P. D. 414

17
Video quid agas, tuas quoque epistolas uis referam in uolumina. Sed heus tu, qui *ναὐδὲρ* esse

meorum scriptorum soles, unde illud tam *ἀνυπερ*,
 VALETVDINI FIDELITER INSER
 VIENDO? Vnde in istum locum Fideliter uenit
 cui uerbo domicilium est proprium in officio, migra
 tiones in alienum multæ. Nam & doctrina & domus
 & ars & ager etiã fidelis dici potest. ut sit, quomo
 do Theophrasto placet, uerecunda tralatio. Sed hæc
 coram. Demetrius uenit ad me, quo quidem comitatu
ἀφωμίλῃ, satis scis. Tu enim uidelicet non potui
 sti uidere: cras aderit, uidebis igitur. Nam ego hinc
 perendie mane cogito. Valetudo tua me ualde solici
 tat, sed inserui, & fac omnia. tum te mecum esse, tum
 mihi cumulatissime satisfacere putato. Cuspicio quod
 operam dedisti, mihi gratum est. ualde enim eius cau
 sa uolo. Vale.

18 Quid igitur? non sic oportet? Equidem censeo
 sic addendum, etiam suo: sed si placet, inui
 dia uidetur, quam quidem ego sæpe contemsi. Tibi
διὰ φέρον gaudeo profuisse. Si uero etiam Tuscu
 lanum, *Διὶ* boni, quanto mihi illud erit amabilius?
 Sed si me amas, quod quidem aut facis aut perbelle si
 mulas, quod tamen in modum procedit, sed ut ut est,
 indulge ualeitudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mi
 hi deseruis, seruisti non satis. ea quid postulet, non
 ignoras: *πρὶν ἀνοπίας, περὶ πάντων σὺ μάλιστα*,
τίς ψη, *ἐὺ λυσίαν κοιλίας*. Fac bellus reuertare
 non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus
 amem. Parhedrum excitat ut hortum ipse conducatur,
 sic olitorem ipsum commouebis. Helico nequissimus se
 stertia

tertia ducenta dabat nullo aprico horto, nullo emis-
sario, nulla maceria, nulla casa. Iste nos tanta impensa
derideat: calface hominem, ut ego Mothonem. Itaque
abutor coronis. De Crabra quid agatur, et si nunc qui-
dem etiam nimium est aquæ, tamen uelim scire. Horo-
logium mittam & libros, si erit sudum. Sed tu nullos
ne tecum libellos, an pangis aliquid Sophocleum? fac
opus appareat. A. Ligurius, Cæsaris familiaris mortu-
us est, bonus homo & nobis amicus. Te quando expe-
ctemus, fac ut sciam. Cura te diligenter. Vale.

M. T. C. TIRONI. S. P. D. 416

19
Expecto tuas literas de multis rebus, te ipsum mul-
to magis. Demetrium redde nostrum & aliud si
quid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor
scio tibi curæ esse, sed confice. Et, si ob eam rem mor-
aris, accipio causam: si te id non tenet, aduola. Lite-
ras tuas ualde expecto. Vale.

M. T. C. TIRONI. S. P. D. 417

20
Solicitat, ita uiuam, me tua mi Tiro ualetudo: sed
confido, si diligentiam quam instituisti, adhibue-
ris, cito te firmum fore. Libros compone, uidelicet cum
Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu uiuendum
est, cum olitore, ut uidetur. Tu potes Cal. spectare gla-
diatores, postridie redire, & ita censeo. Verum, ut ui-
debitur: Cura te (si me amas) diligenter. Vale.

CICERO FIL. TIRONI SVO DVL

CISS. S. P. D. 418

21
Cum uehementer tabellarios expectarem quotia
die, aliquando uenerunt post diem XL. & sex-
xtum

xtum, quam a uobis discesserant, quorum mihi fuit ad
uentus optatissimus. Nam cum maximam cepissem læ-
ticiam ex humanissimi & carissimi patris epistola:
tum uero iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gau-
dijs attulerunt. Itaque me iam non pœnitebat interca-
pedinem scribendi fecisse: sed potius lætabar, fructum
enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex silentio
mearum literarum. Vehementer igitur gaudeo te me-
am sine dubitatione accepisse excusationem. Grates
tibi optatosq; esse, qui de me rumores afferuntur, non
dubito mi dulcissime Tiro, præstaboq; & enitar, ut
indies magis magisq; hæc nascens de me duplicetur
opinio. Quare quod polliceris te buccinatorem fore
existimationis meæ, firmo id constantiq; animo facias
licet, tantum enim mihi dolorem, cruciatumq; attule-
runt errata ætatis meæ, ut non solum animus a factis
sed aures quoq; a commemoratione abhorreant. Cum
te solitudinis & doloris participem fuisse, notum
exploratumq; est mihi, nec id mirum, nam cum omnia
mea caussa uelles mihi successa, tum etiam tua: socium
enim de meorum cōmodorum semper esse uolui. Quod
igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tui ex
me gaudium præstabo. Cratippo me scito non ut dis-
cipulum, sed ut filium esse coniunctissimum: nam cum
et audio illum libenter, tum etiam eius propriam suau-
itatem uehementer amplector. Sum totos dies cum
eo, noctisq; sæpenumero partem: exoro enim ut me-
cum quam sæpiissime cœnet. Hac introducta consuetu-
dine, sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit,
sublataq; seueritate Philosophiæ humanissime nobis
cum iocatur. Quare da operam, ut hunc talem tam in-
civem

cundum tam excellentem uirum uideas quamprimum.
 Nam quid ego de Bruto dicam: quem nullo tempore
 a me patior discedere, cuius cum frugi, seueraq; est ui-
 ta, tum etiam iucundissima coniunctio non est enim se-
 iunctus locus a philosophia, & quotidiana ^{το συνηθη}
 Huic ego locum in proximo conduxī, & ut possum,
 ex meis angustiis illius sustento tenuitatem. Præterea
 declamitare Græce apud Cassium institui: Latine au-
 tem apud Brutū exerceri uolo. Vt or familiaribus &
 quotidianis conuictoribus, quos secum Mitylenis Cra-
 tippus adduxit, hominibus & doctis et illi probatis-
 simis. Multum etiam mecum est Epicrates princeps
 Atheniensium & Leonides, et horum cæteri similes.
 τὰ μὲν οὖν καὶ ἡμεῖς. De Gorgia autem quod mihi
 scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione
 utilis: sed omnia postposui, dum modo præceptis pa-
 tris parerem: ^{δυσπρόβουλος} enim scripserat, ut eum im-
 mitterem statim: tergiuersari nolui, ne mea nimia
^{προσδοκῶν} suspicionem ei aliquam importaret. Deinde
 illud etiam mihi succurrebat, graue esse, me de iudicio
 patris iudicare. Tuum tamen studium & consilium
 gratum, acceptumq; est mihi. Excusationem angustia
 rum tui temporis accipio. scio enim quam soleas esse
 occupatus. Emisse te prædium, uehementer gaudeo,
 feliciterq; tibi rem istam euenire cupio. Hoc loco me
 tibi gratulari, noli mirari, eodem enim fere loco, tu
 quoq; emisse te, fecisti me certiore. Habes ubi depo-
 nendæ sunt urbanitates. rusticus Romanus factus es.
 Cum ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum
 conspectum propono, uideor uidere ementem te rusti-

cas res, cum uillico loquentem, in lacinia seruantem
ex mensa secunda semina. Sed quod ad rem pertinet,
me tum tibi defuisse æque, ac tu, doleo. Sed noli dubi-
tare mi Tiro, quin te subleuaturus sim, si modo fortu-
na me: præsertim cum sciam communem nobis emi-
sse istum fundum. De mandatis quod tibi curæ fuit,
est mihi gratum. Sed peto a te, ut quam celerrime mi-
hi librarius mittatur, maxime quidem Græcus: ma-
lum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hy-
pognematis. Tu uelim in primis cures ut ualeas, ut
una συμφορολογῆν possimus. Antherum tibi commen-
do. Valeas.

419 M. T. C. TIRONI S. P. D.

22
Spero ex tuis literis tibi melius esse, cupio quidem
certe. Cui quidem rei omni ratione cura ut in se-
uias, & caue suspiceris contra uoluntatē meam te fa-
cere, quod non sis mecum. mecum es. si te curas. Que-
re malo te ualetudini tuæ seruire, quam meis oculis et
auribus. Et si enim & audio te & uideo libenter: ta-
men hoc multo erit, si ualebis, iucundius. Ego hic ces-
so, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissime. Tu
isthic, si quid librarij mea manu non intelligent, mon-
strabis, una omnino interpositio difficilior est, quon-
iam ipse quidē facile legere soleo, de quadrimo Catone.
De triclinio cura, ut facis. Tertia aderit, modo ne Pri-
blius rogatus sit, Demetrius iste nunquā omnino Pri-
lereus fuit: sed nunc plane Bilienus est. Itaq; te docti-
carium, tu eum obseruabis. Et si, ueruntamen de illis:
nostri cætera. Sed tamen si quem cum eo sermonem ha-
bueris

hæris, scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum, & ut tuas quam longissimas literas legam. Cura mi Tiro, ut ualeas, hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

M. T. C. TIRONI S. P. D. 420

Tu uero confice professionem, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non eget. Veruntamen Balbus ad me scripsit, tāta se epipho-
ra oppressum, ut loqui non possit. Antonius de lega-
quid egerit, liceat modo rusticari, ad Bitthicum scri-
psi. De Seruilio tu uideris, qui senectutem non contem-
nit. Etsi Atticus noster, qui quondam me commoue-
ri transiis intellexit, idem semper putat, nec uidet
quibus præsidys Philosophiæ sepius sim. & her-
cule quod timidus ipse est. Ego tamen An-
tonij inueteratam sine ulla offensione amicitiam retia-
nere sane uolo, scribamq; ad eum, sed non ante, quam
te uidero, nec tamen te auoco a syngrapha, cras expe-
cto Leptam, etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui
sermonis utendum est. Vale.

M. T. C. TIRONI S. P. D. 421

Etsi mane Harpalum miserū, tamen cum haberem
cui recte darem literas, etsi noui nihil erat, isdē
de rebus uolui ad te sæpius scribere: non quin diffide-
rem diligentie tuæ, sed rei magnitudo me mouebat.
Mibi prora & puppis, ut Græcorum prouerbium
est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras expli-
cares. Osillio & Aurelio utiq; satisfiat: a Flamma, si
non potes omnem, partem aliquā uelim extorqueas.
in pri

in primisq; ut expedita sit pensio Cal. Ian. De attri-
butione conficies. De representatione uidebis. De do-
mesticis rebus haftenus. De publicis omnia mihi cer-
ta, quid Octavius, quid Antonius, quae hominum opi-
nio, quid futurum putes: ego uix teneor, quin accu-
ram. Sed literas tuas expecto, & scito Balbum tuum
fuisse Aquini, cum tibi est dictum, & postridie Hirte-
um. Puto utrumq; ad aquas Semas. Quid egerint. De
labelle procuratores fac admonerentur, appellabimur
etiam Appiam. Vale.

CICERO FIL. TIRONI.

422

S. P. D.

25
ET si iusta et idonea usus es excusatione intermis-
sionis literarum tuarum, tamen id ne sepius fac-
cias, rogo. Nam etsi de Reipub. rumoribus & consilio
certior fio, & de sua in me uoluntate semper ad me
perscribit pater: tamen de qua uis minima rescripta
a te ad me epistola semper fuit gratissima. Quare cum
in primis tuas desiderem literas, noli committere, ut
excusatione potius expleas officium scribendi, quam
assiduitate literarum. Vale.

423

CICERO TIRONI S. P. D.

26
Verberaui te cogitationis tacito duntaxat con-
uicio, quod fasciculus alter ad me iam sine tuis
literis perlatus est. Non potes effugere huius culpa
penam, te patrono. Marcus est adhibendus, isq; diu
& multis lucubrationibus commentata oratione. ut
de ut probare possit, te non peccasse. Plane te rogo,
sicut

sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagæ
nas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes ali
quæ fuisse, quæ furtim essent exiccata: sic tu etiam si
quid scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum
cessationis quæ fuisse uidearis. Valde enim mihi sema
per & uera & dulcia tuis epistolis nunciantur. Ama
nos, & uale.

Q. C. TIRONI S. P. D. 424

Mirificam mihi uerberationem cessationis epi
stola dedisti. Nam quæ parcius frater perscri
perat, uerecundia uidelicet & properatione, ea tu
sine assentatione, ut erant ad me scripsisti, & maxia
me de consulibus designatis, quos ego penitus noui li
bidinum & languoris effœminatissimi animi plenos:
quod nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab uni
verso naufragio periculum est. Incredibile est, quæ
ego illos scio oppositis Gallorum castris in æstiuis fe
cisse: quos ille latro, nisi aliquid firminus fuerit, socie
tate uiciorum deliniet. Res est aut tribunitijs, aut pri
uatis consilijs munienda. Nam isti duo uix sunt digni,
quibus alteri Cæsenam, alteri Cossutianarum taber
narum fundamenta credas. Te ut dixi, fero oculis.

Ego uos ad IIII. Calend. uidebo, tuosq; oculos
etiam si te ueniens in medio foro ui
dero, dissuuiabor. Me
ama. Vale.

FINIS.